

De gremialibus Viis, per Praedialistas, Decimalistas et Libertinos Regni Croatiae reparandis.

A rticulus 32.

Ratione promovendi Commercii et servitii publici, Viarum Postalium et Commercialium in bono meabilitatis statu conservationem exigente, cum benigno Suae Majestatis Sacratissimae Annutu statutum est:

§. 1. Ut Praedialistae, Decimalistae et Libertini trium Croatiae Comitatum, ad reparationem et conservationem Postalium et Commercialium Viarum, per gremium Territorii sui decurrentium, in justa proportione concurrere tenantur.

Oblata pro Museo Nationali Hungarico facta inarticulantur.

A rticulus 35.

§. 2. Obtulerunt autem in Aere parato:

	flor. xr.
Comitatus Crisiensis	2507 17
" Poseganus	1727 48 $\frac{1}{2}$
" Syrmiensis	7331 15

Subin ad Valorem Schedarum Reluitarum elevatos.

	flor. xr.
Comitatus Varasdinensis	2916 59 $\frac{1}{2}$
" Veröczensis	1763 14
" Zagradiensis	8169 36 $\frac{4}{8}$
L. R. Civit. Caproncza	251 33
" Carolostadium	1283 33
" Crisium	102 6
" Posega	117 49
" Varasdinum	500 —
" Zagrabia	1607 41 $\frac{1}{2}$
Flumen Civitas Maritima	6272 50
Buccari	1699 36
Districtus Maritimus Cameralis	428 5